

EX LIBRIS
ILLVSTRISSIMI VIRI,
DN. DAN. LVDOLPHI,
LIB. BAR. de DANCKELMANN,
S. REG. MAI. BORVSS. CONSILIARII
STATVS INTIMI, cetera,
BIBLIOTHECÆ ACAD. FRIDERICIANÆ
TESTAMENTO RELICTIS.

++

Nf 45.
44

AD DEVM TER OPT. MAX.

14,

PRO SALVTE ET INCO-
LVMITATE CHRISTIANISSIMI
Galliarum & Nauarræ regis, Henrici III., atq;
illustris. principum Anhaltinorum, Chris-
tiani & Bernhardi, cum selectis. ex-
ercitu Germano, eidem regi
militantium.

SACRVM SOLENNE.



ASTRIS IVNCTA
PIETATE.

Psalm. 108.

Iehova freti faciemus virtutes : &
hic vnus conculcabit hostes
nostros.



12.

WITEBERGÆ,
Imprimebat M. Georgius Mullerus.
Anno 1591.




Ad D. N. M. I. I. O. V. M. A. X.

PRO SA. V. T. E. T. I. N. C. O. R.
L. V. M. I. T. A. T. E. C. H. R. I. S. T. I. A. N. I. S. S. I. M. I.


Callianus & Natus regis Henrici III. arch.
illust. principis Anhaltinorum Chris.
thani decessoribus cum vicibus ex
ercitu Germano, eodem regi
fidelissimus.

SACRVM M. JOHANNES.



A. S. T. R. I. S. I. V. N. C. T. A.
P. I. E. T. A. T. E.

Psalm. 108.
Iehova fieri faciemus virtutes : &
hic nomen eius in corde nostrum
nostrum.



W. I. T. T. E. R. G. A. N. E.
Imprimet M. Georgius Meissner.
Anno 1591.



SACRVM SOLENNE.

Sancte pater rerum, rerum cui militat ordo,
Quem geminae cingunt diuersa fronte sorores,
Illinc arstero vindex acerrima fraudis
Iusticia, hinc placido arridens Clemētia vultu;
Exere pacatos tandem, pater optime, vultus,
Et fractos per tot discrimina respice natos.

Colla iugo, manicis dextras, & compede crura
Contemerata vides? madidisq; vt fletus ocellis,
Pallidos ore color sedeat, tum ut corpore toto
Infelix macies? Nam quid tot funera fratrum,
Quid referam nostros belloq; & pace peremptos?

Vides ut altos funerum densat rogos

Funeſtus orbi zabulus?

Vides ut acer in tuos lupus furit,

Non hoc merentes, heu! greges?

Vides piorum sanguinem ut fundunt lupi,

Crebrisq; potant haustibus?

Tuumne prodis hostibus gregem tuis?

Ouille nec seruas tuum?

Atqui fauentis sensimus quondam manum,

Mutatus ut quid nunc feris?

Ista olim patimur, vix ut grauiora supersint,

Nos certe tua progenies. En adspice contra

Insultantem hostem, qui te vocat: adspice tandem

In tua scandentem audaci Capitolia gressu

Induperatorem, caelo terraeq; minantem,

Quem de Tarpeio, pater optime, deijce saxo.

Nos

Nos animæ viles despecta inhonorâq; turba
Sternimur, heu!, campis. Et qua ratione queramur,
Quòd prædæ sumus, & spolijs quod onusta triumphat
Impia gens nostris, nostro victura labore,
Et nostram Hispano vitam addictura Tyranno?

Qua sorte versa fata Galliaë querar,
Felicis olim Galliaë?

Et quid furente Martis improbi, boni
Sperem, maligno sidere?

Agunt feruntq; cuncta, quos Martis furor
Insanientis concutit:

Vt inter orbis impij regnet Nero,
Eheu!, colonos: Barbaro

Ritu, resurgat vt tyrannis Spartaci,
Moresq; sancti concidant.

Nos autem arenas inter & saxa horrida,
Iam iam futuri naufragi,

Cælo supinas tendimus dudum manus,
Et lassa cælo lumina.

Nec te piorum molliunt piæ preces,
Cæloq; fixum detrahunt:

Nec spes serena lucis adfulget, neq;
Turbata ponunt æquora.

Nos ergo insano iactatos æquore, cæcis
Errantesq; vadis, medijs Palinuris in vndis
Deseris incertos? Namq; has sine sidere noctes
Transigimus, tectosq; atra caligine soles,
Aduersis tumidas ventis torquentibus vndas.

Quo

Quò fugis? aut quò nos votis contraria nostris
Fata trahunt? aut quis pro te tua munera inibit?
Quis cœlo pellet tenebras, & luce reuersâ,
Iactatam fida nauim statione locabit?

Veni furentis in tuam ratem maris
Compesce placatus minas.

Vide piorum fracta clade pectora,
Fractæ tabellas & ratis:

Tu quem piorum dimouent polo preces,
Et gentis aduersæ furor.

Veni trifulci fulminis globo, manum
Armatus, atro & fulgure,

Ventiq; in hostes non inani turbine
Succinctus, inter nubium

Fumumq; flammamq; & picem & caliginem
Ultor sacrati sanguinis:

Vt quod parauit hostis impius, jugum
Vitemus, ipse autem induat.

Fac ratis hæc tutum, quamuis iactata procellis,
Carpat iter, fluctus insanos inter & euros.

Ne, pater, amisso fluitantem errare magistro

Ne patere; at clauum ipse tene, atq; ad littora torque:

Seruati ex undis vt persoluamus in ara

Vota coronati tandem solennia nautæ.

Sed quò recedis, Galliamq; deseris
Amabilis felicitas?

Ab! cur ruentis in necem voces, Deus,
Cur aure surda negligis?

Ab

Ab! cur nefandum pœna non premit scelus?

Rebellio cur contumax

Lucrosa genti perfida est, damnum bonis?

Cur non jacentes erigis?

*Nostra quidem peccata vetant, quæ plura supersunt,
Quàm cælo stella, Oceani quàm littore arena,
Quàm flores Hybla, Aetnæo quàm gramina campo.*

*Nos tamen, ô pater, & nati sumus, & tua nobis
Gratia debetur, meritis & nomine Christi,
Qui proprio nostras expunxit sanguine culpas.*

*Ille igitur, (nam nos, heu!, nos impura propago
Sanguinis impuri, proles peccantis Adami,
Quos peccata inhibent oculos attollere cælo,
Vix precibus tentare tuas audebimus aures);
Te rogat, afflictis vt opem & solatia Gallis
Ferre velis, isto ne Gallia concidat ic̄tu.*

Ades cadenti, sustine lapsum manu,

Ne tota mox mox corruat:

Quamuis suorum criminum pœnas luat

Iubente fato Gallia:

Te constat esse gratiæ tamen reum,

Te semper humanum tuis.

*Et qui sollicitis tanto in discrimine regem,
Insignem pietate virum belloq; dedisti;
Nempe vetas longo firmatum tempore tantum
Occidere imperium, quod non Hispania nuper
Theudonicis adiuta armis, armisq; Latinis
Perdere, non fortes dudum potuere Britanni.*

Perge

Perge igitur, regemq; tuis qui sceptrat tueri
Maiorum auspicijs, à vi defende doloq;
Hostili, laurumq; iterum victricibus armis
Adde, fauens regi, tua qui mandata piosq;
Defendit, nostræ felix tutela salutis.

Ne raptor orbis Celtibor Gallos iugo
Premat, nefas!, Sultanico.

Ne Lotharinganos domet vecordia,
Auro ferox Hispanico.

Et fac Salucis infidelis Allobrox

Ne gaudeat raptis, diu.

Animosq; plebis perfida doma, Deus:

Rebelliones contere:

Tum istos, Erynnis in suum quos principem

Feralis & raptat furor.

Ergo acies, DEVS, ipse via dux, dirige summe
Arbiter armorum, spes nostræ & gloria gentis.

Infer te medium signis, & demete ferro,

Ense viam sternens, hostiles ipse cateruas.

Adde tuis animos, & regi suffice vires

Consiliumq; bonus. Fac vt Germana iuventus,

Flos veterum virtusq; ducum, quibus induit arma

Caussa pia, & justâ accendit quos Cantaber irâ,

Cantaber, artificis scelus & Maranica hirudo;

Fac, quaeso pergat fausto pede, te duce, tanti

Regis in auxilium. Fac, vt mox victor auitum

Componat regnum, sacrosq; instauret honores

Ille tibi, veræ cultor pietatis, & idem

Astrea

*Astræ cultor : Domitoq; ex hoste triumphos
Tandem lætus agat, spolijs insignis opimis,
Quæ tibi de sacris suspendet postibus, addens
Vt seruatori titulum armorumq; potenti.*

*Et nos canemus optimo grates Deo,
Sub rege sancto liberi :*

Quo non videbit orbita vagans sua,

Illustrius phæbus caput ;

Totius orbis (audiat votum D E V S,)

Dignissimum regno caput.

Nulla solo, spes sola polo.

Ex Speculâ Halcyoniâ.



Ni 726.
g


ULB Halle 3
001 526 278



Sl.

[Handwritten signature]





AD DEVM TER OPT. MAX.

14,
PRO SALVTE ET INCO-
LVMITATE CHRISTIANISSIMI
Galliarum & Nauarræ regis, Henrici III., atq;
illustris. principum Anhaltinorum, Chris-
tiani & Bernardi, cum selectis. ex-
ercitu Germano, eidem regi
militantium.

SACRVM SOLENNE.



ASTRIS IVNCTA
PIETATE.

Psalm. 108.

Iehova fretI faCieMV's VlrVtes : G
hIC VnV's ConCVLCabIt hostes
nostros.



WITEBERGAE,
Imprimebat M. Georgius Mullerus.
Anno 1591.